

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput IX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

de Æthiopico ablatis visceribus, repurgant vino Phœnico & odoribus infarciunt: tum omenta myrrha cassia & odoribus, excepto thure, confusis, complent & consuunt: dein per septuaginta dies saliant: tum cadaver ablutum & syndone involutum, gummi illiniunt, inque ligneam hominis effigiem induunt & reponunt. Alter est quo diebus septuaginta saliant, quod intestina educit. Tertius modus Pauperes ventrem dilutionibus abstergunt, per dies septuaginta sale arefaciunt, dein reponunt. Nec tantum hominibus hic honor, pertinuit & ad bruta. Sacra enim quædam Ægyptiis, mortua syndone contexta, cum ululatu peëtus percutientes sale aspergebant: ac cedri liquore quo diutius servaretur corpus unctum, in sacris asserabant locis. Pectori etiam varia includebantur idola. Invenit in thorace unius *Rondeletius*, viginti folia papyri antiquæ literis Arabicis inscripta. *Bauhin. ad l. 1. Diosc. cap. 85.* Cæterum apud Gallos tanta Mumie commendatio; ut nunquam ea optimates carere voluerint. Referunt Franciscum I. in baltheo semper gestasse, nullum casum pertimescentem, si vel minima ejus apud se haberet.

CAPUT IX.

DE CAMPHORA.

SCRIBUNT Mauri Camphoram lachrymam esse arboris, adeo patulis diffusæ ramis, ut tantum locum reddere possit opacum, quantus homines capere queat centum. Addunt, lignum esse album, ferulaceum, & Camphoram in fungosa continere medulla. Incertum id, certius ex bituminis quodam genere fieri, hoc modo. Indicum bitumen quod ex nativa efflorescit Camphora, subjectis carbonibus in vase coquitur, partes tenuissimæ in candidum colorem versæ in operculum feruntur; quod ipsis collectis eam, quam videmus, dat figuram. Nativam in India dari affirmant mercatores. Adeo amica est ignibus, ut si eos semel

CON-

conceperit donec consumatur, ardeat. Flamma quam emittit lucida & odorata est. In aërem sublata & suspensa sensum evanescit; tenuissimæ partes in causa. Hinc medicamentarii in vase milium aut lini semen includunt, eamque sic obruunt. *Plater. de l. f. pag. 165.* Odor illius repugnat Veneti; pota, imò attracta genituram extinguit. Quia verò fertur ad caput, si raperit secum frigidos humores, & gignere potest somnum, & homines antequam senescant canos reddere. Si cyathus aquæ, in qua tantum Camphoræ conflagravit quantum nucem avellanam æquet, exhibeatur cardiacis & hysteris, statim liberantur. *Heurn. L. 2. Medic.* Frigidam esse putant Neoterici, adjecta ambra mitescere, & ne oblit ariditas, affundi oleum violarum. Expetimento didici, inquit Garzias ab Horto, in oculorum inflammationibus nivis frigiditatem retulisse. *Mindererus lib. de peste* verò scribit, se cum portiunculam unam ejus, ægros invisurus, deglutisset, nonnisi prætervennem quandam flammam intuitus fecus deprehendisse.

CAPUT X.
DE SUCCINO SEU
ELECTRO.

ARborum succum quidam existimant; Malè, Nulibi stant à mati stillantes resinis arbores, quæ decidunt in mare, ut ex iis fiat succinum. Certius est, pinguem terræ esse succum. Maxima pars invenitur in Borussia, sed & in Curlandia parte Livoniæ, non tamen tam copiosum. Capitur reticulis tanquam pisces. Cum Favonius aut Corus vehementius mare commovet, omnes ad litus convolant, reticula lino intertexta in manibus. *Agricol. in lib. de fossil.* Ventis sedatis, sed mati æstibus fervente, ad fluctus recessum, ex fundo succinum hauriunt, similemque pulegii herbam, quæ in eodem crevit. Captum fertur ad præ-

fios, fa
Singular
vend
jor qu
cum tri
ria. Eff
tis delic
gies, vi
Natur.
burum
fam: a
104. f
accide
cap. 4.
que gl
cunt,
Libro
gularia
lor eni
ro reu
ferrum
quond
ferro,
remot
candic
causa
perma
evolat
ulus, B
gutz,
situan
burg.
eam rev

fios,
805,